

Z c  
5038



F.R. 6.

15

61.



AD

PERILLVSTREM AT LOVE EXCELLENTISSIMVM

DOMINVM

NICOLAVM CHRISTOPHORVM

SACRI ROMANI IMPERII EQVITEM

ET LIBERV M BARONEM

DE LYNCKER

AD AVSPICANDA

CONSILIARII AVLICI

IN LAVDATO IMPERIO

MVNIA

X IDVVM IVNII, A. O. R. CIO IOCCVII

EX VRBE IENENSI AD VIENNENSEM

PLENV M GLORIAE ITER

PARANTEM

ALLOCVTIO APODEMICA

FACVLTATIS IVRIDICAE

IN ACADEMIA IENENSI.



IENAE  
LITTERIS VVERTHERTIANIS.



DOMINI  
MOCIVAN CHRISTIOPHORVM  
CONFRONTEMENTVM  
DE CETERIS  
CONFRONTEMENTIS  
IN LAMIA DICTO  
ANNO MDCXV  
EX VENIENTIA AD ANTIQUITATIS  
ET HISTORICAE TITULI  
UTRICOQVI A LIBERTATE  
SOCIETATIS QVI IN  
LAMIA DICTA



inio tuum Tunc p. 222. si rurori non. 333. 34. 35.  
p. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48.  
49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62.  
63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76.  
77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90.  
91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103.  
104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115.  
116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128.  
129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141.  
142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154.  
155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167.  
168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180.  
181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193.  
194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206.  
207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219.  
220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232.  
233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245.  
246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258.  
259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271.  
272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284.  
285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297.  
298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310.  
311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323.  
324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336.  
337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349.  
350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362.  
363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375.  
376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388.  
389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401.  
402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414.  
415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427.  
428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440.  
441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453.  
454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466.  
467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479.  
480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492.  
493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505.  
506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518.  
519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531.  
532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544.  
545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557.  
558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 569.



Xcedis, VIR PERILLVSTRIS,  
ex terris Saxonie, quibus pul-  
chrum a Tua præsentia lumen ac-  
cendebarat, saeclorumque Tuorum  
gloria magis diffundebatur: qua-  
rum incolæ, cum plurima maxima-  
que semper TIBI deberint; plura  
tamen & maiora debere optabant,  
si maiora & plura debendi nomina  
deinceps contrahere licuisset. Nemo est ciuitum, qui tam nomi-  
nis Tui, quam meriti celebrationem ad se non pertinere ex-  
iuvias.

stimet: nemo in tantis honoribus ac negotiis posthac ver-  
sabitur, qui inventa virtutum LYNCKERIANARVM vesti-  
gia non intelligere disset, nec estimare & sequi conabatur.  
Sua enim natura homines insitatarum dotium admiratione  
afficiuntur, qua & pietas ad cultum obstringitur, & sius cuius-  
que genius ad actiones egregias excitatur. Ac videris profe-  
cto, VIR SVM ME, non tantum in Hassia, quam Tuis olim  
natalibus illustraueras, sed in harum præcipue regionum præ-  
fidium, ab immortali Numine destinatus fuisse; vt tam Her-  
culem ageres, qui negotiorum omnium molem suis præcipue  
humeris sustineret, quam Miltiadem quandam representares,  
cuius tropæa, virtutumque exempla & præmia, non vnuis The-  
mistocles cum admiratione respiceret. Primum gloriae adi-  
tum, Achilles ille Saxonæ, IOANNES GEORGIVS I, cuius  
par fortitudini pietas æternitati temporum consecrari prome-  
ruuit, non opinanti TIBI, nedum prensanti, in aula Isena-  
censi aperiebat, gradumque parabat, quo virtus Tua se tolle-  
ret altius, atque ad summum honoris apicem perueniret.  
Vbi illud in Te confestim aperuit, quod magnis animis pro-  
prium esse solet, vt virtutibus, ac rebus egregie gestis, a ce-  
teris dignoscantur, suoque se impetu moueant, & ad ardua  
quaæque nitantur: flammis proinde, obiectas sibi tenebras dissipan-  
tibus, aëremque & cœlum petentibus, comparandi. Sicut  
autem dexteritate suadendi, & fide meritorum ornabas clemen-  
tissimum Principem, ita vicissim ab ipso multis gratia atque  
amoris

amoris pignoribus ornatus fuiſti: quo ipſo a cunctis aulæ  
Proceribus, ad DVCIS ſui exemplum ſe componentibus,  
in honore & pretio habebaris: aliis capacitatem ingenii, lu-  
menque iudicij admirantibus; aliis temperamentum iuſtitia  
ac prudentia collaudantibus; cunctis vero incomparabi-  
lem nullisque difficultatibus fractum, corporis mentisque vi-  
gorem, inter æui huius miracula referentibus. Raram  
porro multiplicemque doctrinam, nemo vocare in dubium,  
nemo dignis efferre laudibus ſustinebat, quando omne hu-  
manum diuinumque ius, in Giessenſi iam academia, quam  
docendo pariter ac discendo nobilitasti, in numerato habu-  
eras, cumque firmis philoſophiæ præſidiis, ac totius Latii  
atque Græciæ ornamentiſ, coniunxeras. Tanto igitur, quanto  
paucissimi alii, virtutis & ſapientiæ appaſtu, ad academiam  
noſtram, imo academiæ nomine, ad totam rem publicam,  
magnamque partem Saxoniæ, ornandam atque tuen-  
dam, annis abhinc viginti & quatuor accessisti: quæ dum  
partæ a maioribus gloriæ iſtud laudum tuarum fastigium im-  
ponebat, nihil optare amplius poſſe videbatur, quo adſcen-  
deret. Ex eo enim tempore domus tua commune tot re-  
rum publicarum oraculum exitit, quod principes & ciues  
conſuluerunt, & a quo exteri etiam accuratas de iusto ac  
æquo ſententias certatim expetierunt. Ab his iſpis pru-  
dentiæ atque doctrinæ fontibus, non rinos tantum, ſed flu-  
mina, in auditorum tuorum animos deriuasti, quæ apud

nonnullos in maria integra, & nunquam non redundantia,  
excreuerunt. Quos autem ore non licuit, illos editis  
plusquam ducentis diuini ingenii monumentis, in quorum  
commendationem & laudem, Galli, Itali, Belgæ, & qui  
non cultioris Europæ populi: cum Germanis conspirant,  
erudiendos duxisti; dignus proinde, qui inter iurecon-  
sultos principes, atque seculi nostri Papinianos, in annalibus  
temporum celebreris. Tua ergo virtute, qua nihil est amabi-  
lius, omnium Tibi animos deuinxisti, iamque olim mag-  
norum Principum gratia floruisti: quæ & ipsa, ad prome-  
rendum religiosissimi Principis, **GVLIELMI ERNESTI**  
fauorem, summopere valuit, **TIBI**que illustrioris adhuc ho-  
noris palmam reliquit; vt, quemadmodum in moderandis  
aulæ atque academiæ tribunalibus, spem atque opinionem  
omnium superaueras, ita dignam Principe Senatore per-  
sonam in aula sua susciperes, viamque, aliis lubricam, Tibi  
vero constantem & firmam, calcare, quam prudentia duce  
ingressus es, felicitate comite absoluisti. Quot autem in tan-  
ta fortuna administrasti negotia, quot iudiciis & curiis præfui-  
sti, totidem argumenta & pignora reliquisti, nullis gloriam  
tuam finibus, nullis virtutem spatiis circumscribi. Quando  
igitur, ante annos nouendecim, ex tota Purpuratorum corona,  
vnu aliquis diligendus erat, qui serenissimorum Principum  
fidem, Imperatori Augusto, ceremonia veteri & sancta adstrin-  
geret; Tuum præ ceteris nomen obuersabatur magnatibus,  
quod

NON

quod, quantum satis esset, splendoris, legationi afferret, inque  
vniuersi orbis theatro, & Magni illius Leopoldi conspectu;  
decus gentis Saxonice atque gloriam tueretur. Atque audi-  
tus tunc es, ut Menenius quidam Agrippa, cum admiratione  
eloquentiae, cumque favore, quem Deus propitius omnium  
animis inspirabat, quando suam in TE grauitatem Hispani-  
æ, elegantiam Galli, sapientiam Itali, integritatem Germani,  
atque reliqui populi dotes reliquas agnoscabant. Tuo certe  
tunc apparebat exemplo, Consiliarii ac Legati peritiam non  
vnius aulæ vel ciuitatis limitibus contineri, sed totius cogni-  
tionem imperii postulare, quoque modo cum vniuersis cohæ-  
reant singula, & quæ potissimum, ex iuribus potestatis, ad  
præsidium causæ faciant, indagandum venire. Quæ Tu  
omnia quam decoræ ac sapienter perfeceris, ex euentu perspe-  
ctum est, quando Equitis ac Baronis honoribus auctus,  
sumnamque Imperatoris gratiam consecutus, fausta Pro-  
cerum atque ciuium acclamatione excipiebaris. Tum vero  
pro maiestate Imperii, proque gloria Austræ, nihil non facien-  
dum TIBI putasti, atque Augusti sanguinis reuerentiam, ser-  
monibus iuxta & scriptis, testatus es: in id nimirum a rerum  
humanarum moderatore conditus, ut inter summi monar-  
chæ consiliarios deinceps cooptareris, qui inter Saxonæ Pro-  
ceres eruditione pariter ac virtute regnares. Quod ipsum  
nouissime, cum splendicissimam denuo Legati prouinciam,  
in luce aulæ Vindobonensis, susciperes, atque omnium in TE

ora



Ze 5038 Th

ora conuerteres, cœlestis prouidentia ope effectum est: iamque  
maturare videris iter hoc ardutum, quod virtutum Tuarum ve-  
stigiis vice plus simplici signauisti, cuius & fausta **TIBI** initia,  
& exitum longe faustissimum, appreciamur. Adscende ad gra-  
dum, **EXCELLENTISSIME DOMINE**, quo diuina TE sapi-  
entia ac virtus prouexit! nitere porro pro Germania gloria,  
unde & Tua dependet! tuere honorem iustitiae, cuius sacerdos  
principius in sacrosancto imperio euasisti! Sed & nostrum  
hunc ordinem, perpetuo Tibi cultu addicatum, ex nouo ho-  
noris fastigio respice, cuius moderator non magis, quam  
instaurator, merito celebraris!



ZC 5038 , FK

ULB Halle  
007 356 196

3





F.R. 6.

15

61.

Zc  
5038

AD

PERILLVSTREM ATQVE EXCELLENTISSIMVM

DOMINVM

NICOLAVM CHRISTOPHORVM

SACRI ROMANI IMPERII EQVITEM

ET LIBERVVM BARONEM

DE LYNNCKER

AD AVSPICANDA  
CONSILIARII AVLICI  
IN LAVDATO IMPERIO  
MVNIA

IDVVM IVNII, A.O.R. CIO IOCCVII  
E IENENSI AD VIENNENSEM

PLENVM GLORIAE ITER  
PARANTEM

CVTIO APODEMICA  
VLTATIS IVRIDICAE  
IN ACADEMIA IENENSI.




IENAE  
LITTERIS VVERTHERIENSIS



Farbkarte #13

B.I.G.  
Black



Blue

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Centimetres

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8